



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XII. An Christus sit verus Deus? An verus Homo, Idemque adorandus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

fabi's suis, Irenæo teste lib. I. cap. 13. Christum alphabeticum confinxere puerum, pariter ceteris ignoracem & tabulam rasam.

2. PHOTINVS Sirmij Episcopus Christum metum hominem fuisse docet, obnoxium ignorantiae: eum Constantinus edictis coercuit anno 342 §. 10. apud Bzou Aucto 357. Ariani eum proscribunt docentem, Iesum iuno capite fieri Christum: cum super eum colum bavisa; nec ante B. Mariam eum extitisse. Cuius id eo si quaces dicti sunt Homuncitæ.

3. AGNO. TAE sub annos 535, §. 8. apud Bzou. exorti Christum ignorantem argueb. n. ignauique timoris.

LUTHERO-CALVINISTÆ eadem in hæresim nouat a nihil ab eis absunt: ut videre est in meo Lutheri c.p. 1. q. 28.

PAPISTA Sacra eos Pagina refutat; ceu meus docet Antichristus, q. 10.

2. Dein & S. Patres horum maiores olim intestabiles condemnarunt; vindicata Christi Scientiâ. Vt S. Ambr. lib. 5. de fide. c. 8. Et S. Greg. Nazian. Orat. in Basilium. Proficiebat, non ut incremen-  
tum acciperet; cum ab initio gratia sapientia-  
que absolutus esset sed quod haec hominibus i-  
gnarus paulatim apparerent. S. Hier. in Ier.  
31. Mulier circumdabit virum; ait: Qui  
iuxta incrementa quidem et atis per vagitus  
& infantiam proficeret viaebitur: sed perfec-  
tus vir in utero Virginis continebitur.

3. Diuinè, vt omnia, S. Tho. 3. q. 9. In Christo fuerunt thesauri sapientie & sci-  
entiae Dei, Beatae, I. f. x. & Acquisitæ.

1. Beatam in cognitione Dei. Quia  
Ioin. 8. Scio eum, & sermonem eius seruo.

2. Infusam. Quia Col. 2. In quo sunt o-  
mnes thesauri. &c.

3. Experimentalem: Quia Heb. 5. Cum  
esset Filius Dei, didicit ex his, que passus est, o-  
bedientiam, Glossa, id est, expertus est. Haec  
porro tribus qq. 10, 11, 12. exequitur lucu-  
lente: & ex illo meus Lutheri-cal. 28.  
29. 30.

## QUÆSTIO XII.

An Christus sit verus Deus? an verus Homo?  
Idemque Adorandus?

I. HÆRESIARCH. PHOTINVS Sirmianus Episco-  
pus, apud Bzouium in Annalibus, anno 341.  
§. 10. doce; & anno 357. damnatur docuisse; quod  
Christus Filius Dei esset nudus Homo. Nec ante B.V. Ma-  
riam fuisse; Sed tunc esse Christus capiisset, postquam Sp.  
Sandus super eum vifus apparuerit;

LUTHERVS, Christum Divitatem & Instru-  
mentum, non Deum vult appellari. Erasmi regula  
est: Quoties DEUS absolute in Scriptura ponitur, solum intelligi Patrem: Filius ubi Deus di-  
citur, eas gnomas aliò interpretatur, quam de  
Christo. &c.

CALVINISTIS Christus non aliter Christus  
est Deus, quam Socrates. &c. Vide in meo Lu-  
thero-c.p. 1. q. 81.

PAPISTA. Actum non agamus; ne-  
que huc demonstrata superius, q. 3. &c.  
repetamus. Clarè satis ac disertè in  
Symbolum S. Athanasii profitetur V-  
niuersitas Ecclesiæ: Perfectus Deus, per-  
fectus Homo. Qui licet Deus sit & homo; non  
duotamen, sed unus est Christus. Unus non  
Conuersione Diuinitatis in carnem; sed assump-  
tione Humanitatis in Deum. Unus omnino,  
non Confusione substantiae, sed Unitate Per-  
sonæ.

II. HÆRESIARCH. SAELLIVS f. b. annum 260.  
§. 11. apud Bzouium docuit, cum Iudeis: vnam in Dei-  
tate Personam esse; trium vero nomina diversos solū  
Deitatis effectus denotare. Vnde necessarium, sicut &  
Iudei, tantum ad unum, ut nec agnoscendū  
esse Christum, consequbatur. Atque id de plā-  
no siebant APOLLINARISTAE apud Bzouium anno  
373. §. 2.

LUTHERANIS plura pene suppetunt argu-  
menta non inuocandi Christum, ac penè tan-  
tum non etiam Trinitatem ipsam; quam ut ve-  
ra cum cum latrâ doceant adorandum esse.

Y 3 Cæ-



CALVINISTÆ minus tribuunt diuini hono-  
ris Christo; vñ nec vel intentionem velint ab  
comprecantibus ad IESVM conuerti. Vide in  
*Lutherio-c.p.1.q.34.*

PAPISTA. Procluis illa sequitur  
sponte ex impietate impietas; vt ador-  
andum negent IESVM, qui Deum esse  
negarunt IESVM; qui ægrè Trinitatem  
ferunt; quique Personatum malunt Na-  
turalumque Confusionem, quam ortho-  
doxam Distinctionem.

1. Fides autem Catholica hæc est, vt Unitate  
in Trinitate, & Trinitatem in Unitate  
*VENEREMVR.* Ita Symb. Athan.

2. Ergo Heb. 9. Dicit Deus, vt adorens  
eum IESVM omnes Angeli Dei.

3. Et ipsi acclamabant Animalia qua-  
tuor, Apoc. 4. Sanctus, Sanctus, S. &c. qui  
erat, & qui est, & qui vénatus est, sc. iudica-  
re viuos & mortuos IESVS Christus. Apoc. 5.  
Audiui dicentes sedenti in throno &  
Agno: Benedicto. &c. Et XXIV. Seniores ce-  
ciderunt in facies suas, & adorauerunt viuen-  
tem in facili. Phil. 2. in Nomine IESV omne  
genus flectetur. &c. Vide *Lutherio-c.p.1.q.*  
34. Et in *Antichristo p.1.q.*

III. HÆRESIARCH. MARCION Ponticus obstu-  
prum à suopte patente electus ex ecclesiis ad Cerdon-  
em archiliter, configiens ait, teste Epiph. hæc. §1.  
*Mittam fissuram in Ecclesiam in eternum.* Cum Cerdon  
neigitur, apud Tertull. lib. de præscip. c. st. Dei Filii  
um in substantia carnis venisse negabat, sed in phâ-  
tasmati solo; nec verè, sed quasi natum de Virgine,  
quasi passum: animaruim, non corporum fore resur-  
rectionem predicabat. At Marcion sub anno 146,  
apud Bzouium, istis infandiora blasphemabat, Veteris  
Testam. repudiator, Noui mutilator. &c. S. Poly-  
carpus eis sciscitanti: *Cognoscis nos?* respondit: *Nouit  
primogenitum Sasana.*

CERINTHYS, anno 60. §. 4. apud Bzouium, Christum  
verum Deum esse negabat, sed merum hominem af-  
firmabat.

LUTHERANI, verum esse Hominem Chri-  
stum profiterentur semiore:

CALVINISTÆ obscuriore: obscurissimo A-

nabaptistæ. Vide in meo *Lutherio-cal. par. 1. q. 35.*

PAPISTA. Christus verus Deus,  
& verus Homo promittitur, Gen. 3. In-  
micitias ponam inter te & mulierem; & semi-  
tuum, & Semen illius. Et tu insidiaberis ca-  
caneo illius, Ipse autem conteret caput tuum.  
1. Abrahæ; Gen. 22. Benedicentur in  
Semine Tuoo omnes gentes. Deut. 18. Prophe-  
tam suscitabo eis de medio fratribus suorum, si  
milem tui. &c.

2. Mifus datur: Ioan. 1. Verbum CA-  
RO factum est. Rom. 8. Deus Filium suum  
mittens in similitudinem carnis peccati, di-  
peccato damnavit peccatum in carne. Quate-  
r. Tim. 3. Manifestè magnum est pietatis Sa-  
cramentum, quod manifestatum est in carne,  
iustificatum est in spiritu. &c.

3. Homo conceptus, & natus est.  
Mat. 1. Luc. 1. & circumcisus, Luc. 2. Cuivs  
& humana docetur genealogia. Mat. 1.  
Dumque moreretur, Centurio exclamauit, Mar. 15. Verè hic Homo Filius Dei-  
rat. &c. Itaque Apoc. 5. Dignus est Agnus,  
qui occisus est accipere Virtutem, & Diu-  
nitatem. &c. Idem c. 13. Plura, vbi suprà.

### QVÆSTIO XIII.

An B. V. Maria verè Mater Christi facta pa-  
manscrit Virgo?

HÆRESIARCH. 1. SIMON Magus, Basiliades &  
CERINTHYS, apud Bzou. anno 60 §. 1. diuiden-  
tes Christum à Iesv, Dei Genetricem Mariam, Ma-  
trem fuisse Iesv, non autem Christi, comminiceban-  
tur: solumque IESVM crucifixum Christo sc in Simonem Cyrenæum transformante, aut certè lictoribus  
subtrahente Testibus Irenæo l. 1. c. 20. 11. Epiph. har. 11.  
24. Theodoro l. 2. har. fabul. c. 4. Ignatio epif. 8.  
2. NASTORIVS è contra. sub anno 428. §. 7. Es-  
dem esse Iesuus abnegabat, solum Xe: se ruris affi-  
mans: teste Theodoro l. 65.

3. A.

